

BERTHOLDVS

FRANCISCANVS RATISBONENSIS.



Bertholdus Ratisbona Bauarie oriundus à teneris annis literis operam dedit, et magnā eruditio[n]is laudem adeptus est. Is pietatis amore Franciscanorum ordinem assumpsit, atq[ue] passim in magna authoritate fuit, anno Christi 1260. Erat is integritate uitæ ac facundia singulari nulli secundus. Itaq[ue] suis sermonibus populum ad uirtutes excitauit, ac uitia quantum potuit extirpauit. Tantus hominum concursus erat, cum concio habenda esset, ut se se mutuò uitèplo extruderet, atq[ue] per aliquot horas eius aduentum expectaret. Itaq[ue] Auentinus lib. 7. Annalium Boiorum prodidit, sexaginta amplius millia hominum eius conciones frequentasse. Eius sepulchrum adhuc non solum incolis, sed & Vngaris uenerabile Ratisbonæ in templo Franciscanorum ostenditur. Auent.